



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCLXV. Der Römische König Adolph bestätigt der Probstei Berchtesgaden  
das Recht, daß der Probst sich bei Feierlichkeiten des Bischofsstuhles  
bediene, am 7. Dezember 1294.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

nostri, nostrorum heredum ac nostrorum successorum, in futuro nihil iuris in his villis sibi referuant seu referuabunt. Item damus vobis et ciuitati proprietatem ville Laffan\*), cum singulis prerogatiuis ac omni Jure Ciuitatenfi, prout vobis et ciuitati Henricus et Hermannus Dargeslow, milites nostri, iusto venditionis titulo eam vendiderunt, libere et in perpetuum, sicuti habuerant, possidendam, renunciantes vero dicte proprietati ac omni iuri, in dicta proprietate competenti (nobis) et nostris heredibus aut successoribus in futurum. Item damus vobis et ciuitati proprietatem iudicii veram, siue iuris habendi et fruendi cum Aduocatis nostris presentibus et futuris, intra ciuitatem Grabow et extra tam longe, veluti distinctio et terminus camporum vestrorum, agrorum, syluarum et nemorum se finit et extendit, et equaliter et amice inter vos excessum, de hoc iudicio seu iure prouenientem, dividendo. In quorum omnium et euidens testimonium, presens scriptum nostri sigilli robore fecimus muniri. Testes huius veritatis facti sunt Droyseko noster Dapifer, nobilis vir Gunterus Comes de Keuernberg, Godeke de Redere, Cunradus Wulf, Nicolaus de Weida, Henricus Ziker, ac Sabellus de Neghendanke, Milites, et plures alii fide digni. Datum Spandow, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio.

Nach Kllver II, 206. Schröder pap. Mecklenburg p. 822. Behr de reb. Mecklenb. L. IV, p. 543. Grand's Alt und Neues Meckl. lib. II, Cap. XVII, 131 und Gerken's Cod. VIII, 396.

**CCLXIV.** König Adolph beauftragt den Erzbischof von Cöln in der Angelegenheit wegen der Geiseln zwischen dem Könige, dem Markgrafen Otto von Brandenburg und dem Herzoge Albrecht von Sachsen, als Vermittler aufzutreten, am 23. März 1294.

Adolfus, dei gracia Romanorum Rex, semper Augustus, Venerabili Sifrido, Colonienfi Archiepiscopo, Principi suo dilecto, gratiam suam et omne bonum. Sinceritatem tuam affectuose rogamus, quatenus de negocio obsidum nostrorum, quod inter nos ex vna, Illustres Ottonem Marchionem Brandenburgensem et albertum Ducem Saxonie ex altera parte vertitur, denuo intromittas modosque et vias concordie studeas inuenire. Nos enim quicquid exinde ordinaueris et tractaueris cum principibus antedictis ratum habebimus per omnia atque gratum et inuiolabiliter hoc volumus obseruare presencium testimonio litterarum. Datum apud Giengen, X kal. Aprilis, Indictione septima, Anno domini M°. CC°. nonagesimo quarto, Regni vero nostri anno secundo.

Aus der dipl. Samml. des K. Geh. Cabinets-Archives I, 246, 20.

**CCLXV.** Der Römische König Adolph bestätigt der Probstei Berchtesgaden das Recht, daß der Probst sich bei Feierlichkeiten des Bischofsstuhles bediene, am 7. Dezember 1294.

— Hujus rei testes sunt Ericus Magdeburgensis Archiepiscopus, Arnoldus Babenbergensis, H. Constantiensis, H. Merseburgensis, Bruno Nivvenburgensis

\*) Kllver: Lapan, jetzt Lafen.



ecclesiarum episcopi; D. Marchiones Brandenburgenses, D. de Anhalt, Principes nostri dilecti; Eb. de Wirtenberck — et alii quam plures. Datum Burnis — VII Id. Decembris, Indict. octava, Anno Domini MCC. Nonagesimo quarto, Regni vero nostri anno tertio.

Vollständig in Königs Spicileg. ecclesiastic. 3<sup>te</sup> Bd. III, S. 22.

**CCLXVI.** Markgraf Otto mit dem Pfeil bewilligt eine vom Könige Adolph dem Kloster Kirchgarten gemachte Schenkung, am 9. Dezember 1294.

Otto cum telo, Dei gracia Marchio Brandenburgensis, ad uniuersorum notitiam cupimus pervenire, quod nos collacioni seu donacioni juris patronatus Ecclesie in Hafelach, spirensis dyocesis, cum omnibus suis juribus et pertinentiis ac omni jure, quod in ipsa ecclesia Imperio competebat, per serenissimum Dominum nostrum Adolfum Regem Romanorum illustrem facte, dilectis in christo abbatissē et Conventui monasterii sanctimonialium in Kyrsgarten extra muros Wormacienses, quia provide, rite et racionabiliter facta est, nostrum plenum et expressum impertimur consensum pariter et assensum. Concedentes has nostras litteras in testimonium super eo, sigilli nostri appensione munitas. Datum in Castris apud Burne, V Idus Decembris, Ind. Octava, anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo quarto.

Aus Würdtwein Monasticon Warmat. Tomo I. folio 202. Doc. No. LXIII. Mspt. vom Pfarrer Leßmann zu Kerzenheim in der Pfalz gefälligst mitgetheilt.

**CCLXVII.** König Adolph bestätigt das St. Thomastift zu Leipzig, am 20. Dezember 1294.

— Huic nostre confirmacioni intererant venerabilis Ericus Archiepiscopus Magdeburgensis, Arnoldus Babenbergensis, Henricus Brixenensis, Bruno Nuwenburgensis et Henricus Merlburgensis Ecclesiarum Episcopi, Illustres Otto, Illustris quondam Johannis Marchionis Brandenburgensis filius, et Otto longus, Marchiones de brandenburch, Principes nostri dilecti, ac nobiles uiri Eberhardus de Caczenellebogen, Eberhardus de Wirtenberg et Gerhardus de Duze Comites, Henricus de Yfenburch, Gotfridus de Merinberg, et Meinherus Burcgravius Myfnenfis, Albero Burcgravius de Liznik, Henricus Senior et Henricus iunior, aduocati de plawe fideles nostri. — Datum lipzk, XIII. kalend. Januarii, iudicacione octava, Anno Domini M<sup>o</sup>. Ducentesimo nonagesimo quarto, Regni uero nostri Anno Tercio.

Nach Wilkii Ticemann. Cod. dipl. 114. 115. Schöttgen Nachlese der Hist. v. Obersachsen I, 641.